

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

dilexisset suos qui erant
in mundo. in finem dile-
xit eos. reliqua.



**OMELIA
UENERABILIS
BEATI PABRI
DE EAOET.**

Scripturus eu-
angelista io-
hannes memo-
rabile illud ministerium.
quo discipulis in pascha
priusquam ad passionem
iret pedes lauare digna-
tus est. primo ipsum no-
men paschae. quid my-
sticæ signaret aperire
curauit ita incipiens.

An te diem autem festum
paschae. sciens ihc quia
uenit hora eius ut transe-
at ex hoc mundo ad pa-
trem. cum dilexisset suos
qui erant in mundo. in fi-
nem dilexit eos. pascha
quippe transitus inter-
pretatur. Nomen ex eo

viii.

uetus habens. quod transi-
erit in eo dñs per aegyptum.
percutiens primogenita
aegypti. & filios israhel
liberans. Et quod ipsi filii
isrl transierint illa nocte
de aegyptia seruitute.
ut uenirent ad terram pro-
missae olim hereditatis
& pacis. Mysticæ autē
significans. quod in eo dñs
transiturus esset ex hoc mun-
do ad patrem. Et quod ei
exemplo fideles abiectis
temporalibus desideriis.
abiecta uitiorum seruitu-
te. continuis iustitiam stu-
diis. transire debeant ad
pmissionem patriae cae-
lestis. Quomodo autē tran-
sierit ihc ex hoc mundo
ad patrem. pulchro ser-
mone designat euange-
lista cum dicit. Cum di-
lexisset suos qui erant
in mundo. in finem dile-
xit eos. Id est in tantum
dilexit. ut ipsa dilectione

uitam ad tempus finiret
 corporalem. **M**ox demor
 te ad uitam. de hoc mun
 do transiturus ad patrem.
Maiorem namq. hac dilectio
 nem nemo habet. uitam
 suam quis ponat p
 amicis suis. Unde recte
 uterq. transitus. & legalis
 uidelicet et euangelicus.
 sanguine consecratus est.
Ille agni paschalis. iste ei
 de quo dicit apostolus. Et
 enim pascha nr̄m. immo
 latus est xpc̄. Iste sangui
 ne fuso in cruce. ille in cru
 cis modum. medio lumini
 & super luminari. mediisq.
 asperso in postibus. Et tē
 na inquit facta cum dia
 bolus misisset in corde. ut
 traderet eum iudas simon
 scariothis. sciens quia om
 ni dedit ei pater inmanus.
 & quia ad dō exiuit et ad dñm
 uadit surgit a caena. & po
 nit uestimenta sua. Locu
 turus de maxima humili

tate ad sumptę humani
 tatis. prius commemorat
 aeternitatem diuinae po
 testatis ut et ipsum uerum
 dñm hominemq. demon
 straret. et ut nos illius p̄c̄
 cepti admoneat. ut quan
 to magni sumus humilie
 mur in omnibus. homo
 namque erat uerus. qui ho
 minum pedes tangere ac
 lauare per hominem tra
 di. atque ab hominibus
 poterat crucifigi. **O**serat
 uerus cui omnia dedit
 pater inmanus. quia a
 dō exiuit. & ad dñm redi
 it. Sciebat ergo dñs quia
 diabolus iam miserat in cor
 de iudae ut traderet eum.
 sciebat quia omnia dedit
 ei pater inmanus. interque
 omnia & ipsum traditorē.
 & eos quibus tradendus
 erat. Et in ostem quam erat
 passurus. ut de his omnib.
 quae uellet faceret. ma
 lumq. eorum sua poten

ua conuesteret in bonū.
Sciebat quia per humili-
tatem incarnationis ad dō
exiuit. & per uictoriam
resurrectionis ad dñm erat
rediturus. nec dñm cum in-
de exiret. nec nos deserens
cum rediret. Sciebat quidē
omnia haec. & tamen in mag-
nae suae indicium. in mag-
nae nr̄ae exemplum humi-
litate. Surgit a caena po-
nit uestimenta. lauat pe-
des discipulorum.



IN PARA

SCEUE:

IN SERMO

LEONIS PP

ecursus di-

lectissimi **viii.**

sermone p-

ximo. his qui ad compre-
hensionem dñi praeces-
serunt. super est nunc
ut auxiliante gratia dī.
de ipso iam passionis or-
dine. sicut p̄misimus
differamus. Nam cum

uerbis sacrae orationis
suae dñs declarasset. ue-
rissime sibi atq; plenissi-
me. & humanam & diui-
nam inesse naturam. osten-
dens unde eēt quod pati
nollet. & unde quod uel-
let. depulsa trepidatione
infirmitatis. & confirma-
ta magnanimitate uisitu-
tis. redit in sententiam
dispositionis aeternae.
Et se uenti diabolo per mi-
nistria iudaeorum. for-
mam serui nihil peccati
habentis obiecit. Ut per
eum ageretur omnium
causa. in quo solo erat om-
nium natura sine culpa.
Irruerunt ergo in lumen
uerum filii tenebrarum.
& utentes faculis atq; la-
ternis. non euaserunt in-
fidelitatis suae noctem.
quia non intellexerunt
lucis auctorem. Occupant
paratum teneri. & trahunt
uolentem trahi. Qui si uel